Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ysaias

principes sodomorum audite verbum domini
legem dei nostri populi gomorre. Quo mihi
multitudinem victimarum vestrarum
dicit dominus. Plenus sum. Holocausta arietum. et adipem pingui
um. et sanguinem vitulorum et agnorum et hircorum nolui. Cum venietis
ante faciem meam: quis quesivit
hec de manibus vestris. ut ambuletis
in atriis meis. Ne offeratis ultra
sacrificium frustra. incensum abo
minatio mihi est. Neomenias
et sabbata et festivitates alias non
feram. Iniqui sunt cetus vestri kalen
das vestas. et sollempnitates vestras
odivit anima mea. facta sunt mihi
molesta. laborabam sustinens. Et cum
extenderitis manus vestras avertam o
culos meos a vobis. et cum multi
plicaveritis orationem non audiam.
Manus enim vestre sanguine plene sunt.
Lavamini mundi estote. auferte
malum cogitationum vestrarum ab oculis
meis. Quiescite agere perverse. discite
benefacere. Querite iudicium. subvenite
oppresso. iudicate pupillo. defendite
viduam. et venite arguite me. dicit
dominus. Si fuerint peccata vestra
ut coccinum. ut nix dealbabuntur.
et si fuerint rubra ut vermiculum. velut
lana alba erunt. Si volueritis et au
dieritis me. bona terre comedetis. Si
autem nolueritis et me ad iracundiam provo
caveritis. gladius meus devorabit
vos. quia os domini locutum est.
Quomodo facta est meretrix civitas fide
lis. plena iudicio. Iustitia habitavit
in ea. nunc autem homicidia. Argentum
tuum versum est in scoriam. vinum tu
um mixtum est aqua. Principes
tui infideles. socii furum. Omnes di
ligunt munera. sequuntur retributiones.
Pupillo non iudicant. et causa viduae
non ingreditur ad eos. Propter hoc ait
dominus exercituum. fortis israhel.
Heu solabor super hostibus meis. et
vindicabor de inimicis meis. Et con
vertam manum meam ad te. et excoquam
ad purum scoriam tuam. et auferam
omne stagnum tuum. Et restitu
am iudices tuos ut fuerunt primo.
et consiliarios tuos sicut antiquitus.
Post hec vocabitur civitas iustitie.
urbs fidelis. Sion in iudicio redi
mietur. et reducent eam in iustitia.
Et conteretur scelestos et peccatores simul. et qui
delinquunt dissipabuntur. Confudentur
enim ab idolis quibus sacrificabant. et
erubescent super hortis quos elegera
ts. cum fueris velut querens de flue
ntis foliis. et velut hortus absque aqua.
Et erit fortitudo vestra ut favilla stupe
pe. et opus vestrum ut scintilla. et succen
detur utrique simul. et non erit qui
extinguat. Capitulum secundum.
Verbum quod vidit ysaias
filius amos super iudea et
urbe. Et erit in novissimis
diebus preparatus mons domus dei
in vertice montium. et elevabitur super col
les. et fluent ad eum omnes gentes.
et ibunt populi multi. et dicent. Venite
ascendamus ad montem domini.
et ad domum dei iacob. et docebit
nos vias suas. et ambulabimus
in semitis eius. quia de sion exibit
lex. et verbum domini de hierusalem. Et iudica
bit gentes. et arguet populos multos.
Et dabunt gladios suos in vomeres.
et lanceas suas in falces. Non levabit
gens contra gentem gladium. nec
exercebuntur ultra ad pugnam. Domus
iacob venite. ambulemus in lumine
domini. Proiecisti enim populum tuum domini iacob.
quia repleti sunt ut olim. et au
gures habuerunt ut philisthiim. et

al. eumpones tui
miscent vinum aq.